

28 DE ERR. FUND. CIRCA COMMUNICAT. IDIOMAT.
valide probatur, articuli hujus minime inscios fuisse V. T.
credentes, sic ut non nisi veritatis divinæ impugnandæ stu-
dio cæcus esse censendus sit, qui rei tam clare tamque mani-
feste in S. Codice revelatæ contradicere amplius voluerit.

* ex. gr. Gen. III, 15, XII, 3, XLIX, 18, Pl. II, 8, 9, 11, 12, VIII, 7. -- 10,
XLV, 7. seq. LXXII, 8, XCVII, 8, CX, 5. Es. VII, 14. IX, 6. Dan. VII,
13, 14. IX, 24. vid. Fundam. Deduct. Marburg. cap. IV, p. 122. seq. 199.
seq. Conferri quoque possunt Theologi Wittebergenses in der Treuber-
tzigen Warnung an alle Luthersche Christen in Böhmen für Calvinis-
scher irrigen Religion, pag. 67. §, que in omnium in hac nostra Acade-
mia manibus erit, Magnif. Dn. D. Grünbergii, Patroni ac Præcepto-
ris nostri omni mentis observantia colendi dissertatio Exeget. Theol.
de Semine Davidis Christo solitarie intelligendo ex 2. Sam. VII. 11 -
16, 1707. habit. Sect. II. Pract. §. 2.

§ XX, Plura hac vice addere superfedeo. Finem quali-
cunque meæ dissertatiunculæ faciat hic Syllogismus:

Quicumque negant I. in genere Communicationem Idio-
matum divinorum & infinitorum Humanæ Christi Na-
turæ factam; II, in specie α) Omnipotentiam, β) Omnisci-
entiam, γ) Omnipræsentiam, δ) Cultum religiosæ ado-
rationis, Humanæ Christi Naturæ competere, illi errant
in fundamento fidei.

Atqui Calviniani negant, &c.

Ergo Calviniani errant in fundamento fidei.

Majoris propositionis veritas ex immediate antea di-
ctis evidentissime elucescit. Minor quoque ad singula membra
jam supra recensione errorum Reformatorum probata est.

Ergo Conclusio quoque contra quoscunque adversario-
rum insultus firmo stabit talo.

SOLI DEO GLORIA!

Corrigenda & addenda potiora; pag. 16, lin. 11, pro Ubiquit. lege Ubiquet,
p. 18, in not. num. 17. pro prætat leg. præfat. p. 22, §. XV, lin. 9, voci voluntate
adde num. (4) & pro num. (4) post vocem Bergius pon. num. (5) lin. ult. pro so-
len leg. solent, p. 24, lin. 18, post vocem probat, del. punctum hæcque inferantur
verba; tum ex natura subjecti 1, a Subsistentia, 2, ab attributo, 3, ab effectu
cum resolutione argumentorum in contrarium adductorum, &c.